



# SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE **BOLLETTINO**

HOLY SEE PRESS OFFICE   BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIÈGE   PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS  
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE   SALA DE IMPRENSA DA SANTA SÉ  
BIURO PRASOWE STOLICY APOSTOLSKIEJ   دار الصحافة التابعة للكرسي الرسولي

N. 0122

Sabato 25.02.2017

## Sommario:

- ◆ **Le Udienze**
- ◆ **Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale alle celebrazioni del 40° anniversario delle relazioni diplomatiche tra la Repubblica del Ghana e la Santa Sede e del 60° anniversario dell'Indipendenza della medesima Repubblica (Accra, 3-6 marzo 2017)**
- ◆ **Rinunce e nomine**

## ◆ **Le Udienze**

Il Santo Padre Francesco ha ricevuto questa mattina in Udienza:

- Em.mo Card. Marc Ouellet, P.S.S., Prefetto della Congregazione per i Vescovi;
- Delegazione cattolica della Cooperazione della Conferenza dei Vescovi di Francia;
- Partecipanti al Corso di formazione per i Parroci, promosso dal Tribunale della Rota Romana.

Il Papa riceve questa mattina in Udienza:

- Comunità di Capodarco.

[00289-IT.01]

- ◆ **Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale alle celebrazioni del 40° anniversario delle**

## relazioni diplomatiche tra la Repubblica del Ghana e la Santa Sede e del 60° anniversario dell'Indipendenza della medesima Repubblica (Accra, 3-6 marzo 2017)

Il Santo Padre Francesco ha nominato l'Em.mo Card. Giuseppe Bertello, Presidente del Governatorato dello Stato della Città del Vaticano, Suo Inviato Speciale alle celebrazioni del 40° anniversario delle relazioni diplomatiche tra la Repubblica del Ghana e la Santa Sede e del 60° anniversario dell'Indipendenza della medesima Repubblica, in programma ad Accra nei giorni 3-6 marzo 2017.

L'Inviato Speciale è accompagnato dalla Missione Pontificia composta dai seguenti ecclesiastici:

- Rev.do Mons. Francis Adoboli, Vicario Generale di Accra;
- Rev.do Don Lazarus Anondee, Segretario Generale della Conferenza Episcopale del Ghana.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre all'Em.mo Card. Giuseppe Bertello:

### Lettera del Santo Padre

*Venerabili Fratri Nostro  
IOSEPHO S.R.E. Cardinali BERTELLO  
Pontificiae Commissionis pro Statu Civitatis Vaticanae  
itemque Gubernatoratus Status Civitatis Vaticanae Praesidi*

Dilectam Ganae gentem corde Nostro amplectimur, ob pacem et prosperitatem eius gaudentes, sicut et ceteros Africae populos, quos in summo ministerio exercendo saepe cogitamus. Laeto igitur animo modo nuntium accepimus mox in Gana celebrari sexagesimum annum eius independentiae, et cum hoc eventu simul quadraginta annos reoli a diplomaticis relationibus initis inter Sanctam Sedem et Ganam, atque eiusdem consecrationem Sacratissimo Cordi Iesu renovari.

Quo autem eiusmodi eventus congrua celebrentur sollemnitate, tum Episcoporum Conferentia tum civiles Auctoritates per Nuntium Apostolicum in Gana, Venerabilem Fratrem Ioannem Mariam Speich, Archiepiscopum titulo Sulcitanum, postulaverunt a Nobis ut illuc eminentem Praesulem mitteremus ad Personam Nostram gerendam atque illius nobilis Nationis cum Apostolica Sede vinculum usque firmandum. Ad te quidem, Venerabilis Frater Noster, cogitationem fidentes admovimus, quem peraptum ad hoc munus efficaciter explendum aestimamus, quia praeterito tempore Romani Pontificis et Sanctae Sedis negotia ibidem sedulo curavisti, atque nunc prudenter fungeris officiis Praesidis Pontificiae Commissionis pro Statu Civitatis Vaticanae ac Praesidis Gubernatoratus Status Civitatis Vaticanae.

Quam ob rem hisce Litteris te Missum Extraordinarium Nostrum constituimus ut a die III usque ad diem VI proximi mensis Martii Accrae Nostras agas partes in memoratis eventibus. Nostrum est desiderium ut, hac oblata occasione, grato animo per te salutemus singulos et universos Ganae cives, tum christianos cum aliarum religionum assecclas, praecipue vero illius Reipublicae Moderatorem recenter electum, Illustrem et Honorabilem Dominum Nana Akufo-Addo, cunctosque eius adiutores. Religiose quoque complectimur Ganae Episcopos, qui actuose Regnum Dei suis in terris aedificant, nec non alios religiosarum communitatum Ductores.

Dum autem eiusmodi celebrantur eventus, placet recordare Decessoris Nostri fere prophetica verba: "... nunc in Africa plerumque Ecclesia sacras suas inter ethnicos legationes promovere contendit. Re quidem vera pleraeque regiones tam gravibus rei socialis, oeconomicae et politicae immutationibus obnoxiae sunt, ut ex eis futuri temporis cursus maxima ex parte pendere videatur" (Pius XII, Litt. Enc. *Fidei donum*, 1: AAS 49 [1957], 229). Quae olim facta dum nunc memorantur, oportet sane ad opus prosequendum inter omnes homines reconciliationis et melioris futuri collatis viribus aedificandi, Deo iuvante, nos concitent.

Scias denique volumus, Venerabilis Frater Noster, hanc missionem tuam Nos Christo Domino aeterno universorum Regi maternaeque intercessioni Deiparae Beatae Virginis Mariae precibus committere. Insuper Benedictionem Nostram Apostolicam, caelestis gratiae pignus et benignae Nostrae voluntatis testem, tibi imprimis impertimus, quam volumus nomine Nostro omnibus filiis filiabusque illius aestimabilis Nationis hos eventus participantibus peramanter communicates.

Ex Aedibus Vaticanis, die XV mensis Februarii, anno MMXVII, Pontificatus Nostri quarto.

FRANCISCUS

[00291-LA.01] [Testo originale: Latino]

## ◆ Rinunce e nomine

### Rinuncia del Vescovo di Ilagan (Filippine)

Il Santo Padre Francesco ha accettato la rinuncia al governo pastorale della diocesi di Ilagan (Filippine), presentata da S.E. Mons. Joseph A. Nacua, O.F.M. Cap.

[00290-IT.01]

[B0122-XX.01]

---